Missale Coloniense
Köln: Hermann Bongart, 27. Okt. 1498 Seite 195



Redempcionis nostre munere
vegetati q̄s dn̄e: vt ꝑ hoc ꝑpetue
salutis auxiliū fides semꝑ vera ꝓ
ficiat. P. Dn̄ica. i. post pascha
Officiū Resurrexi: lxiij. ꝑ totū
dn̄icis dieb⁹ seruat̄ vsq̄ ad ascen.
except⁹. Gta. ⁊ Cōicātes. Et offici-
um dn̄icale seruat̄ in feria. Sine
Gl'ia i ex. et Credo S: I te dr.
Quasi mō geniti Introitus
infātes all'a rōnabiles sine
dolo lac ꝯcupiscite all'a al. al. Ps.
Exultate deo adiutori nr̄o iubila-
te deo iacob. Collecta.
Presta q̄s oīps de⁹: vt q̄ pascha
lia festa ꝑegim⁹: hec te largi
ente morib⁹ ⁊ vita teneam⁹. Per.
Lcō epi. b. Joh̄. apl̄i. ꝑma iohīs. v.
Charissimi. Oē qđ natū est ex
deo vincit mūdū. Et h̄ est vi
ctoria que vincit mūdū. fides nr̄a
Quis est aūt q̄ vincit mūdū: nisi
qui credit qm̄ ihesus ē filius dei:
Hic est qui venit ꝑ aquā ⁊ sangui
nem ihesus christ⁹. Nō in aq̄ solū:
sed in aqua ⁊ sanguine. Et spūs ē
qui testificat̄: qm̄ christus est veri-
tas. Qm̄ tres sūt q̄ testioniū dant
in t̄ra: spūs aqua ⁊ sāguis. Et hij
tres vnū sūt. Et tres sūt q̄ testioni
um dāt in celo: pat̄ verbū et spūs
sanct⁹. Et hij tres vnū sunt. Si te
stimoniū hoīm accipim⁹: testioni
um dei mai⁹ est. Qm̄ hoc est testio
niū dei qđ mai⁹ ē q: testificatus est
de filio suo. Qui credit in filiū dei:
habet testimoniū dei in se.
All'a. v. Laudate deū oēs ange-
li eius laudate eū om̄es virtutes
eius. All'a v. Resurrexit christ⁹
ex mortuis sicut ipse voluit et ap-
paruit discipulis suis ⁊ petro libe
rato: noster dn̄s. S Johem. xx.
In illo t. Cū esset sero die illa
vna sabbatoꝝ: ⁊ fores essent
clause. vbi erāt discipuli ꝯgregati
ꝓpter metū iudeoꝝ: veīt ih̄s et ste-
tit in medio et dixit eis. Pax vob.
Et cū hoc dixisset: ostēdit eis man⁹
et latus. Gauisi sūt ergo discipu-
li viso dn̄o. Dixit ergo eis iterum
Pax vobis. Sicut misit me pat̄: ⁊
ego mitto vos. Hoc cū dixisset: in-
sufflauit et dixit eis. Accipite spm̄
sanctū: quoꝝ remiseritis peccata
remittūtur eis. Et quoꝝ retinue-
ritis: retenta sunt. Thomas āt
vn⁹ ex duodeci q̄ dr̄ didym⁹: nō e-
rat cū eis qn̄ veīt ih̄s. Dixerūt er-
go ⁊ alij discipuli. Vidim⁹ dn̄m Il
le āt dixit eis. Nisi videro ī maīb⁹
ei⁹ fixurā clauoꝝ. et mittā digitū
meū in loca clauoꝝ: et mittā ma-
nū meā in lat⁹ eius. nō credā. Et
post dies octo: iteꝝ erant discipuli
eius intus: ⁊ thomas cū eis. Veīt
ihesus ianuis clausis: ⁊ stetit ī me
dio et dixit. Pax vobis. Deinde di
cit thome. Infer digitū tuū huc ⁊
vide man⁹ meas ⁊ affer manum

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-546/0193
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt